



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 1. Nomen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

## LIBER IV.

*De Gracia secundum recentiores.*

**P**AVCA admodum certa de his regionibus habemus, tum quia Turcæ nihil de suis rebus scribunt, & magna olim gerere potius, quam scribere voluerunt; tum quia verentur ne Imperij sui notitia Christianos ad novas expeditiones accendat. Aliqua h̄ic ex Leunctione, & Relationibus aliquot decerpta proponemus, sed maximè ex recenti tabulâ Insularum, quæ ad nos missa est.

## CAPUT I.

*Historica Græcia recentis in genere.*

§. 1. *Nomen.*

**R**VMELIA dicitur à Turcis, quasi *Romania*, vel potius RVM-VILAGET, vnde Turcæ qui loquuntur elegantiùs hanc RVMILER, vel RVMILAR appellant, vulgus detortâ voce VRAMILAR. Non negamus tamen Romanicæ nomen olim etiam Natoliæ conuenisse, vnde in historiâ Turcicâ antiquâ dicitur Aladinus multis prouincias in Romanâ occupasse. Scimus etiam nomen Romanicæ strietiùs sumi pro Thraciâ & Argolide, quæ duæ prouinciae Romanicæ nuncupantur; de Thraciâ liquet; de Argolide istud euincit, quod Nauplia, vulgo *Napli* corruptè *Napoli*, dicitur cum addito, *de Romanie*. In titulis Imperatoris Turcici Græcia cum Hungaria regno dici videntur uno nomine EVROPA INFERIOR, itemque Imperium Orientale, seu Nouæ Romæ, ex quo Ottomani Constantinopoli, & Graciâ potiti, urbem illam Imperij sui sedem constituere.

§. 2. *Quantitas Nouæ Græcia.*

Non h̄ic consideramus ditionem Turcicam, sed Græciam tan-